



## DE CHRISTI VICTORIA ET ANTICHRISTI CASU<sup>1</sup>.

[edizione critica di Romolo Cegna, anno 1990; edizione on-line in questo sito [nicolausdrazna.xoom.it](http://nicolausdrazna.xoom.it) (aprile 2015)].

Questo testo *De Christi victoria et Antichristi casu* fu edito da Brunfels nel Cinquecento come complemento al testo

*Processus consistorialis Martyrii Io. Huss, cum correspondentia Legis Gratiae ad ius papisticum in simoniacos et fornicatores papistas*

Il *Processus* è presentato in edizione critica da Romolo Cegna nel volume collettivo in onore della Prof. Helena Krmíčková [Spisy Masarykovy Univerzity v Brně Filozofická Fakulta 2015].

Christus verus Deus et verus homo. PAPA id est admirabilis, quia nec Deus es nec homo quasi neuter es inter utrumque. Io. And. In Proem. Clem.<sup>2</sup>.

Bestia de mari ascendens. Apocalyp. XIII<sup>3</sup>.

Ap 13,1 'Et vidi de mari bestiam ascendentem'. Bestia est Antichristus ad modum bestiae saeviens et nihil secundum rationem operans. De mari, id est de reprobis qui iacent in amaritudine suorum peccatorum, ascendens quia de tribu vili venit ad magnam potestatem'. Apoc. in Glo<sup>4</sup>. (Dn 7,8) 'Et ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum', (Dn 8,9) 'et factum est grande'. Daniel VII et VIII.

Ex latere Christi dormientis in cruce formata est Sponsa Christi 'Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis'. Augustinus<sup>5</sup>, 1 ad Timotheum III (1 Tim 3,15).

Meretrix<sup>6</sup> magna id est Antichristus vel congregatio suorum mollis et lasciva, cum diabolo fornicata.

'Nunquid ad eum scilicet Apostolum confluebant ambitiosi, avari, simoniaci, sacrilegi, concubinari, incestuosi, et quaeque huiusmodi monstra hominum, in acquisitione turpis quaestus'.<sup>7</sup> Ex Speculo aureo.

(Dn 11,37) 'Et erit in concupiscentiis foeminarum'.<sup>8</sup>

(Nicolaus de Lira Postilla in Dn 11,37) 'Quia licet Antichristus fingat castitatem exterius, tamen non erit castus sed plenus omni malo, igitur etiam luxuriosus'. Sic etiam praedicatores ipsius erunt immundi per luxuriam. Dan. XI et XII et in Glo.

(Ap 17, 4) Circumdata purpura et coccino, inaurata auro et lapide preciosos et margaritis.

<sup>1</sup> Attualmente il testo dell'opera *De Christi victoria et de Antichristi casu* di Anonimo, costruita soprattutto con elementi della *Expositio in Apocalypsim* di Pietro di Tarantasio [introdotta in Praga come Glossa ordinaria dell'Apocalisse da Nicolaus de Drazna su ispirazione dell'autore dell'*Opus arduum valde*] è in edizione a stampa del Cinquecento reperibile solo presso la Biblioteca dei Premostratensi a Strahov in Praga; tuttavia si ha la segnalazione di una copia di tale Libretto di quindici paginette presso la Biblioteca di un Collegio di Oxford a cura di John Bale (1495-1563): *Index Britanniae Scriptorum quos ex variis Bibliothecis non parvo labore collegit Ioannes Baleus cum aliis [John Bale's index of British and others Writers]*, editet by Reginald Lane Poole and Mary Bateson, Oxford, Clarendon Press 1902, reprinted edition with new Introduction by Caroline Brett and James Carley, Cambridge 1990.

<sup>2</sup> *Tabule*, I,5, 39: 'Quartus, scilicet fides ceca dicit: Cristis verus deus et verus homo. Quintus: Papa id est admirabilis nec deus ne homo. Iohannes Andreas in Prohemio Clementinarum [Glosa in verbum *Papa* (Friedberg II, 1130) in Proemio Clementinarum: 'Admirabilis. Et dicitur a Papae (*sic*) quod est interiecto admirantis et vere admirabilis: quia vices Dei in terra gerit. Inde dixit ille Angllicus in poëtria nova: 'Papa stupor mundi'. Et circa finem. 'Qui maxima rerum. Nec deus es, nec homo, quasi neuter es inter utrumque' [da *Tabule*, ed Kaminsky, 39, nota 6].

<sup>3</sup> La Glossa all'Apocalisse utilizzata da Nicolaus de Drazna è in: Petrus de Tarantasia, *Expositio in Apocalypsim* [edita come opera di Alberto Magno in: Albertus Magnus, *Opera omnia*, vol. 38 ed. Aemilius Borgnet, Parisiis 1890 [cf Nicolaus de Drazna, *Expositio super Pater noster*, in questo sito; e *Opus arduum valde*, ed. critica di R. Cegna [nel corso del 2014] dalla cui lettura Nicolaus ha appreso l'utilizzo appunto della *Expositio* come Glossa per antonomasia dell'Apocalisse nei cui riferenti vien detta semplicemente Glossa..

<sup>4</sup> 'Bestia est Antichristus...ad magnam potestatem', *Expositio* 655-656.

<sup>5</sup> Augustinus, *Enarrationes in Psalmos*, PL 36, Enarratio in Psalmum 47 n.1; *Sermones*, PL 38Sermo 214 n. 11; *In Evangelium Iohannis Tractatus centum vigintiquatuor*, PL 35, Tractatus 18 n. 1.

<sup>6</sup> Cf senso in *Expositio ad Ap XVII*, 718-720.

<sup>7</sup> Bernardus, *De consideratione ad Papam Eugenium*, l.II, PL 182, 776; *Puncta* 67 [non ex *Speculo aureo*].

<sup>8</sup> *Tabule*, 62: Tabula 9, Quartus.

'Beato<sup>9</sup> Silvestro et post Successoribus tradimus clamidem purpuram atque tunicam coccineam, phrygiam, candido nitore splendidam, necnon et superhumeralē et coronam ex auro purissimo et gemmis preciosis.' 'Civitas<sup>10</sup> illa magna id est malorum congregatio erat circumdata bysso sicut dives epulo, et purpura et coccino et deaurata auro et lapide pretioso et margaritis'. Quorum rex est Antichristus, (Dn 11, 36) 'iuxta voluntatem suam faciens'<sup>11</sup> et 'Deum quem ignoraverunt patres eius colens auro et lapide precioso rebusque preciosis, et (Dn 11,37) 'Deum patrem suorum non reputabit'. Apoc. XVIII [Ap 18,16], Daniel XI [Dn 11,37].

(Ap 12, 1) 'Amicta sole', id est Ihesu Christo<sup>12</sup>.

(Mt 2,11) 'Et intrantes domum invenerunt puerum cum matre eius'<sup>13</sup>.

Nunquid viderunt palatium marmoribus splendidum? Nunquid matrem eius diademate coronatam aut in lecto aureo recubentem? Nunquid puerum auro et purpura involutum? Nunquid aulem regiam diversis populis personantem? Sed quid? Locum tenebrorum et sordidum et magis animalibus quam hominibus aptum, in quo nemo contentus erat succedere nisi itineris necessitate coactus. Matrem eius vix tunicam unam habente, non ad ornamentum, et puerum pannis sordidum involutum et in praesepio sordidiori positum, qui locum ille sic erat angustus ut nec ponendi infantis spacium inveniret'. Chrysostomus<sup>14</sup>.

(Ap 17,4) Habens poculum aureum id est abundantiae cornu<sup>15</sup>.

¶ [icona] Papa coronatus in equo albo et coccino indutus.

'Decernimus ut Clerici Romanae Ecclesiae mappulis et lintheaminibus candidissimo colore decoratos equos equitent; etiam Pontifex sive Papa beatissimus Romanae Ecclesiae cunctis sacerdotibus et totius mundi celsior et Princeps existat in toto orbe. In hunc Caput habeant sacerdotes sicut Iudices Regem et eius iudicio tam in Oriente quam in Occidente vel a Septentrionali Plaga aut Meridiana omnia disponantur. Ecce tam Palatium nostrum qui Romanam Urbem et omnes Italiae sive Occidentalium Regionum Provincias, loca, civitates beatissimo Pontifici et universali Pape Silvestro concedimus', 96 Distinct. Constantinus<sup>16</sup>.

[icona] Christus humilis super asinam sedens.

(Zc 9,9) 'Ecce Rex tuus et ipse pauper ascendens super asinam', et cetera. Zachar. IX<sup>17</sup>. (Jr 14,8) 'Quare quasi colonus futurus es in terra et quasi viator declinans ad manendum?'

(Ap 14 et 16-18 cum Glossa) 'Decem cornua in Bestia decem Reges sunt. Quia imminente tempore Antichristi Regnum Romanum de quo oriatur dividetur in decem Regna per quae impugnet Ecclesiam. Hi unum Consilium habent, omnem virtutem suam et potestatem Bestiae id est Antichristo tradent. Dedit enim Deus id est permisit in corda eorum ut dent Regnum suum Bestiae, id est Antichristo concedant et consentiant regnare super se donec consumantur verba Dei, et impleantur. Hi odient fornicariam et desolatam eam facient et nudam id est exutam temporalibus.'<sup>18</sup> Apo. XVII in textu et Glo.

(Ap 12, 1-2 cum Glossa) 'Et Luna sub pedibus eius id<sup>19</sup> est desyderium temporalium et in capite eius id est Christus qui est caput Ecclesiae corona duodecim stellarum id est habitus et ornatus XII fructuum qui dicuntur esse in Christo, quia ab ipso fluunt et sunt charitas, gaudium, pax, longanimitas, patientia, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas, Gala. V (Gal 5,22); in utero habens, scilicet Christum quem concepit per fidem<sup>20</sup> vel in iugi memoria verbi Dei. Clamabat per devotam orationem et praedicationem<sup>21</sup>, parturiens id est parere desyderans Deo filios spirituales. Et cruciatur, scilicet vigilando, ieiunando, praedicando, orando ut pariat scilicet Christo filios spirituales. Quasi dicat: torquetur desyderio et fervore convertendi peccatores et etiam exteriori afflictione. Iohan. XVIII (Io 16, 21): Mulierem dum parit tristitiam habet.'

(Ap 17,4 cum Glossa) 'In manu sua, id est in potestate<sup>22</sup> sua quia illa temporalia possidebit et tales quibus solverit<sup>23</sup> dabit. Et in fronte eius id est in aperta operatione quia sapientes facile cognoscent. Nomen scriptum, Mysterium id est secretum reprobis quia excaecavit illos malitia eorum. Babylon Magna, mater fornicationum et abominationum terrae, propter enormitatem scelerum, et multitudinem reproborum' quae<sup>24</sup> sunt fornicatio, immundicia, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contenciones, aemulationes, sectae, haereses, irae, rixae, dissensiones, insidiae, homicidiae, comessationes et his similia, Gal. V (Gal 5,19-21).

<sup>9</sup> Fragmentum ex *Constituto Constantini: Decretum Gratiani*, Di. 96, c.14, Friedberg I, 342.

<sup>10</sup> (Ap 18,16 cum Glo.) *Expositio*, 736.

<sup>11</sup> *Tabule*, 62, Tabula 9, Tercius 'Et faciet iuxta vultatem suam rex ...' Dn 11,36.

<sup>12</sup> *Expositio*, 652: 'Mulier amicta sole, id est Ecclesia cum Jesu Christo.

<sup>13</sup> *Tabule*, 41: Tabula 2, Octavus: Pastores invenerunt mariam et Ioseph et infantem ositum in praesepio. Lucc. II (Lc 2,15 et 16).

<sup>14</sup> Pseudo-Chrysostomus, *Opus Imperfectum in Matthaum*, Homilia 2 ex Capite 2, PG 56, 642.

<sup>15</sup> *Expositio*, 720: 'Habens poculum aureum, id est abundantiam temporalium, cf *Puncta* 71..

<sup>16</sup> *Decretum*, di. 96, c.14 (Friedberg I, 342-345) [ex fragmentis, praesertim ex & 1, Friedberg I, 342-343; *Tabule* 1, 6, 39 'Silvestro et successoribus eius tradimus pallacium imperii nostri. Decernimus ut mappulis et lintheaminibus, id est candidissimo colore decoratos equos equitent'];

<sup>17</sup> (Zc 9, 9) 'Ecce Rex tuus veniet tibi iustus et salvator; ipse pauper et ascendens super asinam et super pullum filium asinae'.

<sup>18</sup> *Expositio* (per fragmenta vel accommodationem textus Glossae), 724-726.

<sup>19</sup> *Expositio*, 653-654 (per fragmenta et accommodationem textus).

<sup>20</sup> *Expositio*, 653: om scilicet Christum quem concepit per fidem.

<sup>21</sup> *Expositio*: 653: clamabat, scilicet orando et praedicando.

<sup>22</sup> *Expositio*, 720-721 (per fragmenta).

<sup>23</sup> *Expositio*, 720: et tradet quibus voluerit.

<sup>24</sup> *Expositio*, 721: om quae sunt fornicatio, immundicia, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contenciones, aemulationes, sectae, haereses, irae, rixae, dissensiones, insidiae, homicidiae, comessationes et his similia, Gal. V (Gal 5,19-21).

Ad Papam ecclesiarum, personatum, dignitatum aliorumque beneficiorum plena et libera dispositio, ex suae potestatis plenitudine noscitur pertinere, in Clemen. Ut lit. Pend. Caput 1 in fine<sup>25</sup>. Et plenaria dispositio beneficiorum spectata ad Romanum Pontificem, De praeben. Caput ii, Liber VI.<sup>26</sup> Et solus Papa potest dispensare ut quis habeat plura beneficia cum cura vel personatu, De electio. Dudum.<sup>27</sup> Et nullus sine dispensatione Apostolicae Sedis plura beneficia duplicia vel quorum unum duplex fuerit habere potest, De consuetu. Cap. 1 Liber VI. Et istam gratiam potest facere Papa etiam motu proprio, De prabend. Si motu Liber VI.<sup>28</sup> Quia imperio vacante in eius potestate succedimus, dicit Papa, De re iudi. Pastoralis, in Clemen.<sup>29</sup>

(Lc 12, 14) 'Homo, quis me constituit iudicem aut divisorem super vos?' (Lc 12, 15) 'Videte et cavete ab omni avaritia'. Lu. 12

(Et Antichristus (Dn 11, 39) 'multiplicabit gloriam et dabit eis', id est sibi obedientibus, (Dn 11, 39) 'potestatem in multis', non in omnibus, quia nullum facit aequalem sibi, (Dn 11, 39) 'et terram dividet gratuito' suis pro sua voluntate. (Dn 11, 43) 'Et dominabitur thesaurorum auri et argenti et in omnibus preciosis', Daniel XI, in tex. et Glo. (Nicolaus de Lyra, *Postilla in Dn 11, 39*)

'Qui me confessus fuerit coram hominibus et verba mea in generatione ista adultera et peccatrice, et Filius Hominis eum confitebitur cum venerit in gloria Patris sui cum angelis suis', Marci 8 (Marc 8,38).

(Ap 16,13 cum Glossa) *Vidi de ore Draconis*, id est de inspiratione diaboli, *et de ore Bestiae*, id est de verbis Antichristi, *et de ore Pseudo-Prophetae*, id est de Consilio Apostolorum Antichristi, *exire spiritus* id est universos falsos Christianos, in decipiendi subtiles, *tres*, quia fidem Trinitatis impugnant, *immundos*, id est opera immunda facientes, *in modum ranarum*, quia hypocritae Doctores quasi in aqua videntur esse sapientiae, et tamen in limo profundae haeresis contractas voces proferunt. (Ap 16,14) *Sunt tenim spiritus daemoniorum*, quia a daemonibus docti, *facientes signa* falsa quibus reprobi Dei iudicio decipiuntur. Haymo. *Et procedent* [Vulg *procedunt* Vulg Cod. *procedent*], scilicet missi ab Antichristo, *ad reges totius terrae congregare illos*, non iun unum locum sed in unum consensum malae voluntatis, *in praelium*, ut pugnent contra fideles. (Ap 13,7) *Et datum est illi bellum facere cum Sanctis, et vincere illos*. Apocalyp. XIII et XVI in text. Et Glo<sup>30</sup>.

(Dn 11, 31-34) 'Et pollutent sanctuarium fortitudinis et auferent iuge sacrificium'. 'Et impii testamentum simulabunt fraudolenter. Populus autem sciens Deum suum obtinebit et faciet. Et docti in populo docebunt plurimos et ruent in gladio et in flamma [et] in captivitate et rapina dierum, cumque corruerint sublevabuntur auxilio parvulo et applicabuntur eis plurimi fraudulentier. Et de eruditis ruent, ut conflentur, et eligantur et dealbentur usque ad praefinitum tempus. Danielis undecimo (Dn 11, 31-32).

¶ In instrumentis conficiendis est ponendum nomen Pape, Imperatoius vel Regis. Speculator<sup>31</sup>. 'Te nanque certifico si etiam per inspirationem Dei notoria esset [de aliquo] facta electio et persona quantumlibet utilis, docta atque sancta, nisi dederit pecuniam, vel de solvendo [prius] pactaverit, quasi supervacue [super vacuo] pro sua confirmatione aut [alias] pro quocumque beneficio ecclesiastico laborabit<sup>32</sup>. 'Iam enim publice forisat et praecipue in Curia unde progreditur exemplar omnis mali<sup>33</sup>, quod pro dispensatione tantum, pro signatura vel gratia Papae tantum, pro absolutione tantum, pro indulgentiis tantum datur. Ac ille plus diligitur qui astutiori sollicitudine et maiore astutia plures simplices decipit et plures denarios scit venari'. Haec ex Speculo aureo<sup>34</sup>.

(Ap 13,16) 'Et faciet omnes, pusillos et magnos et divites et pauperes et liberos et servos habere characterem', id est<sup>35</sup> doctrinae et vitae conformitatem, *in manu dextra* [Vulg *in dextera manu sua* Vulg Cod *in dextra manu*], id est in operatione manifesta<sup>36</sup>, *aut in*

<sup>25</sup> Clem. 2, 5, 1; Fridberg II, 1145-1146.

<sup>26</sup> Sextus, 3, 4, 2; Friedberg II, 1021.

<sup>27</sup> Extra. 1, 6, 5 & 4; Friedberg II, 93-94.

<sup>28</sup> Sextus, 3, 4, 23; Friedberg II, 1028.

<sup>29</sup> Clem. 2, 11 De sententia et re iudicata, 2; Friedberg II, 1151-1154 (in fine).

<sup>30</sup> Glo. ord. Ranarum. Ranae in luto morantur.

Petrus de Tarantasia, *Expositio in Apocalypsim ad Ap 16, 13-14, 712-713*. Et vidi de ore draconis, id est de inspiratione diaboli, et de ore Bestiae, id est de Antichristi verbis, et de ore Pseudoprophetae, id est de consilio Pseudoapostolorum Antichristi, exire spiritus tres immundos, id est universos falsos Christianos, et maxime hypocritas, tres qui d hoc exhibunt ut fidem Trinitatis impugnent; vel dicuntur spiritus, propter subtilitatem malitiae in decipiendo, tres, fidem Trinitatis impugnando, immundos, opera immunditiae faciendo. In modum ranarum: ...Sic nimirum sunt hypocritae Doctores qui in aqua videntur esse sapientiae, tamen in limo sunt profundae haeresis et contraria voces veritati proferunt... Sunt enim spiritus daemoniorum, quia ...a daemonibus docti, facientes signa ...falsa quibus reprobi Dei iudicio decipiuntur. ...Procedunt scilicet missi ab Antichristo ad reges totius terrae ...congregare illos, in proelium ... ut pugnent contra fideles... non congregantur in unum locum sed in unum consensum malae voluntatis.

(per confronto) *Glo. interl.* Et vidi, de verbis apostolorum Antichristi, de ore draconis et de ore Bestiae, de inspiratione diaboli, et de ore id est de consilio, Pseudopropheate, exisse spiritus tre, scilicet propter subtilitatem malicie negando fidem Trinitatis, immundos, propter opera immundiciae, in modum ranarum, tales sunt ipocritae. Sunt enim spiritus daemoniorum, vere immundi, facientes signa, miracula, et procedunt, missi ab Antichristo, ad reges totius terrae, , sed non in quantum ad unitatem loci sed in consensum et voluntatis male, congregare illos in proelium, contra fideles.

<sup>31</sup> *Speculator iudiciale (Speculum iuris)*, Venetiis 1501, p. 514 col.A, Liber IV, Particula IV De accusationibus et inquisitoribus: 'Et ergo notandum quod Libellus accusationis hoc continere debet...Item nomen Imperatoris et Pape in Patrimonio Beati Petri vel etiam ubique si velit vel Regis in regno, non Consulibus quia hodie non sunt' [Cf etiam p.236 B: 'Liber II Particula II De instrumentorum editione. Qualiter Instrumentum publicetur].

<sup>32</sup> *Speculum aureum*, ed. Władisław Śeńko, *Piotr Wysz z Radolina i jego dzieło "Speculum aureum"*, Warszawa 1996: Pars prima, cap. V, pp. 93

<sup>33</sup> *Speculum aureum*, ed. Władisław Śeńko, Prohemium p. 73: 'ut nde exemplr omnis maliprogredditur'.

<sup>34</sup> *Speculum aureum*, ed. Władisław Śeńko, Pars prima, cap. V, p 94: 'Tot ibi fiunt pactiones ...iam pro signatura Papae super tali beneficio vel gratia debes dare tantum; iam pro dispensatione super talibus incompatibilibus tantum,...pro absolutione a tali excommunicatione ...tantum; pro talibus indulgentiis tantum, etc. Publice paciscuntur et forisat et ille plus diligitur qui astutiori sollicitudine et maiori astucia plures simplices decipit et plures denarios scit venari'.

<sup>35</sup> *Expositio*, 673-674.

<sup>36</sup> *Expositio*, 674: in dextera manu, id est in opere manifestam.

*frontibus suis* , id est per apertam oris confessionem, *et ne quis possit emere aut vendere*, ad litteram quia boni<sup>37</sup> habebuntur tunc quasi exhortes<sup>38</sup>, ita quod nullus audeat vendere eis nec ab eis emere, alias *ne quis possit emere* veritatis intelligentiam, studendo et audiendo, et bonam vitam reportare<sup>39</sup> et servos Dei acquirere *neque vendere*, tunicam mundanae conversationis per opera poenitentiae. Illi enim dicunt quod non erit tunc flendum sed divitiis et deliciis vacandum, *aut numerum nominis eius*, id est nisi habeat multiplicationem operum'.

'In templum Dei sedeat tamquam ipse sit templum quod est Ecclesia'. Augustinus, De civitate Dei<sup>40</sup>.

(Ap 17,6) '*Ebriam de sanguine*, id est<sup>41</sup> de effusione sanguinis *martyrum Ihesu*, id est propter Testamentum<sup>42</sup> Ihesu, quasi semper sitientem Sanctorum mortem et tamen multum repleta sicut ebrius apperit potum et tamen non indiget' ; (Ap 7,3) '*sedens*<sup>43</sup> , id est quiescens super Bestiam id est Antichristum qui vitam bestialem ducit coccineam, id est sanguineam, sanguine sanctorum quem effudit'; '*plenam nominibus blasphemiae*, quia<sup>44</sup> Deum et Sanctos suos blasphemabit ore et opere'; '(Ap 13,5) *et datum est ei*, scilicet<sup>45</sup> Antichristo bestiali, divina permissione, *os loquentis magna et blasphemias*, quia (Dn 11,36) *adversus Deum Deorum loquetur magnifica*. (Ap 13,6) *Blasphemare nomen eius*, id est Ihesu, (Phil 2,9) *quod est nomen super omne nomen*, alias id est fidem et oboedientiam Christi, per quam est nobis laudabilis ; (Ap 13,6) *et tabernaculum eius, et eos qui in coelis habitant*, id est Sanctos in quibus Dominus habitat, sicut milites in tabernaculis'. Apoca. XII et XIII et Danielis XI in textu et Glosa.

'Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt', Matth. XXVI (Mt 26,52).

¶ Draco magnus, ruffus<sup>46</sup>, septem capitum, etcetera. [ICONA].

(Ap 12,3) '*Draco*<sup>47</sup>, id est<sup>48</sup> Diabolus magnus propter potentiam, *ruffus* propter homicidium, Iohannis VIII (Io 8, 44) : Ille homicida erat ab initio et adhuc sitit sanguinem, *habens septem capita*, id est [septem] spiritus malos contra septem dona Spiritus Sancti, scilicet Spiritum insipientiae contra sapientiam; stultitiae contra intellectum; impudentiae contra consilium; ignaviae contra fortitudinem; ignorantiae contra scientiam; temeritatis contra timorem; et impietatis contra pietatem. His impugnat diabolus Ecclesiam spiritualiter, *et cornua decem*, id est regna, vel divitias quibus per<sup>49</sup> Principes Decalogum legis impugnat, *et in capitibus eius septem diademata*, id est septem vitia principalia, (Ap 12,4) *et cauda eius*, id est Antichristus<sup>50</sup>, *trahebat de fide ad infidelitatem tertiam partem stellarum* id est illorum qui sunt in Ecclesia constituti ut sint mali Praelati et Praedicatorum. Nam sicut turpitudine animalium per caudam tegitur, sic diabolus per illos tegit malitiam suam, *Et misit eas in terram*, id est involuit terrenorum amore, *et stetit ante mulierem* id est contra Ecclesiam *ut filium eius devoraret* id est traheret ad peccatum et postea ad infernum. (Ap 12,5) *Et peperit filium masculum* id est CHRISTUM JESUM, per fidem in cordibus credentium<sup>51</sup>, *qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea* id est in inflexibili iusticia'. Apocalypsis XII in textu et Glosa.

¶ Hic stabit Mulier Lunam habens sub pedibus alata. [icona].

¶ (Ap 12, 5) *Et Filius raptus est ad Deum per fidem et ad thronum eius* per<sup>52</sup> charitatem et spem. (Ap 12, 14-17) *Et datae sunt mulieri duae alae aquilae magnae*, id est<sup>53</sup> sapientia et patientia, contra impugnationem verborum et verberum, *ut volaret in desertum* in corda Sanctorum, deserta a cunctis temporibus et amore terrenorum, *in locum suum*, ubi occultas inimicorum insidias praecavet<sup>54</sup>, et apertas contemnit, *ubi alitur per tempus et tempora et dimidium temporis*, id est per tres annos et dimidium, alias per praedicationem Christi qui tanto tempore praedicavit, *et misit serpentes ex ore suo aquam post mulierem, tanquam flumen*, id est tribulationem inundantem, quia erit tribulatio qualis non fuit, Matthei XXIII (Mt 24, 21), *ut faceret eam trahi a flumine*, id est a tribulatione inundante, quae solet multos trahere ad peccatum, *et [adiuvit] terra*, id est Christus, qui terram nostram, id est humanitatem assumpsit, adiuvit *mulierem*, tribulationes pro ea sustinendo, et virtutem patiendi dando. *Et aperuit terra*, id est Christi corpus, *os suum*, id est se praeparavit ut reciperet quicquid sibi inferretur, *et absorbit flumen quod misit Draco de ore suo*, id est omnes poenas in se destruxit. *Et iratus est Draco* in, id est contra mulierem, videns eam habere auxilium Christi quia non potest superare in maioribus, abiit facere praelium cum reliquis de semine suo, id est cum minoribus de Ecclesia<sup>55</sup> *qui custodiunt mandata Dei et habent testimonium Ihesu Christi* active et passive, quia testimonium reddunt Ihesu Christo et ipse illis, Matthei X (Mt 10, 32) : Qui me confessus fuerit coram hominibus, etcetera. Et videns quia non posset expugnare electos, *stetit*, sive sedit *super arenam*

37 Tabule, 63: Tabula IX: 'Fideles vero illo tempore non predicabunt qua tamquam excommunicati habebuntur tunc boni. Thomas de Compendio et Haymo super Apokalypsim' [Hugo Ripelinus, *Compendium Theologicae veritatis*, Liber VII De ultimis temporibus. Cap. IX in fine: Dicit Haymo super Apokalypsim]

38 *Expositio*, 674: Ad litteram boni habebuntur quasi excommunicati.

39 *Expositio*, 674: om 'et bonam vitam reportare'.

40 Augustinus, *De Civitate Dei*, Liber XX cap. 19.

41 *Expositio*, 721.

42 *Expositio*, 721: propter testimonium Jesu quia semper.

43 *Expositio*, 720: '*sedentem*, id est innitentem et quiescentem *super Bestiam* id est Antichristum qui bestia dicitur propter suam crudelitatem, et propter vitam bestialem quam ducet, *coccineam*, id est sanguineam, ...propter sanguinem Sanctorum quem effudit.

44 *Expositio*, 720.

45 *Expositio*, 668-669 [ex fragmentis diverse compositis].

46 *Expositio*: rufus.

In margine dextero huius paginae textus: [in prima parte] Persecutio Antichristi spiritualis et corporalis; [in secunda parte] Cauda.

*Expositio in Ap 12, 3-5*, 654-656.

*Expositio*, 655: quibus principes decalogum legis impugnant.

*Expositio*, 655: et cauda eius, id est deceptio simulata seu hypocrisis.

*Expositio*, 656: per fidem in cordibus auditorum.

*Expositio*, 656.

*Expositio*, 661-663.

*Expositio*, 661: praecavit.

*Expositio* 662, om de Ecclesia.

maris , id est super steriles , aridos et infructuosos et compactos<sup>56</sup> qui mare dicuntur propter tumorem superbiae, amaritudinem invidiae et fluxibilitatem luxuriae'. Apoca. XII in textu et Glosa.

(Ap 12, 7-9) 'Factum est proelium magnum, quando<sup>57</sup> scilicet per fidem et passionem Christi diabolus de cordibus fidelium est eiectus, in coelo id est in Ecclesia, Michael qui est principalis spiritus et maior<sup>58</sup>, et angeli eius, scilicet minores, qui sunt singuis hominibus deputati et sunt sub illo, praeliabantur , pro Ecclesia orando, adiuvando, ministrando, bene inspirando<sup>59</sup>, impetum daemonum reprimendo, cum Dracone id est diabolo, et Draco pugnabat et angeli eius contra Ecclesiam noxia consulendo, perversa suggerendo, et non valuerunt Draco et angeli eius remove suffragia bonorum angelorum. Neque locus inventus est amplius eorum in coelo, id est in Ecclesia. Et proiectus est Draco ille magnus, serpens antiquus qui vocatur diabolus et satanas qui seducit universum orbem , et prolectus est de cordibus electorum in terram id est in corda reproborum'. Apoc. XII in textu et glo.

(Ap 13, 2) 'Et pedes<sup>60</sup> eius<sup>61</sup>, scilicet<sup>62</sup> Bestiae, quasi pedes ursi. Pedes<sup>63</sup> Antichristi sunt [eius] Praedicatores per mundum ipsum ferentes , et dicuntur sicut pedes ursi quia ursus est animal inmundum calcans pedibus et devorans<sup>64</sup> et amans mel et dulcia ; sic illi erunt inmundi per luxuriam et conculcabunt qui nolunt eis acquiescere<sup>65</sup> ; dulcia amant id est temporalia et delectationes carnales ; (Dn 11, 37) et erit in concupiscentiis foeminarum, Daniel XI ; et os eius, id est eius ocutio, sicut os leonis procedens ex superbia , et comparatur pardo propter fallendi varietatem, urso propter luxuriam'. Apocalypsis XIII.

[icona] ¶ 'Eijciens<sup>66</sup> Dominus vendentes et ementes de templo significavit quod homo mercator nunquam potest palcare Deo, et ideo nullus Christianus debet esse mercator, aut, si voluerit, eijciatur de Ecclesia ; quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos , volens ambobus placere sine alloquio mali esse non potes , necesse est ut et isti male loquantur de illo et illi male de isto., sic mercator sine mendacio et periurio esse non potest ; necesse est enim ut periuret quia non tantum valet res quam vendit , sed nec substantia talium stabilis esse potest ; aut enim ipsa viventibus peritura est aut a malis haeredibus dissipanda aut ad extraneos etiam inimicorum eorum ventura est ; non potest ad bonum proficere quod conragatur de malo. Quemadmodum si triticum aut alianm speciem cernis in cribro , dum huc et illuc agitur , cum grana omnia paulatium cadunt deorsum, et in fine cribri nihil remanet nisi stercus, sic de substantia negociatorum novissime nihil remanet nisi solum peccatum ; quicumque<sup>67</sup> rem comparat non ut ipse rem integram te inmutatam vendat, sed ut opus faciat ex ea, ille non est negociator , quia materiam sibi operandi conmparat unde faciat opus, ille non rem ipsam vendit sed magisnartificum suum uputa faber comparat ferrum facit ferramentum et secundum opus ferramenti appreciatur ; qui autem compoarat rem ut illam integram et immutatam dando lucretur, iste est mercator qui de templo Dei ejicitur, Chryso. Super Matthei<sup>68</sup> , et ponitur LXXXVIII Dist. Eijciens. [Decretum Di. 88 c. 11; Friedberg I, 308-309].

'De mandacio et de periurio agitur non de negotio, nam possum dicere : tanto emi , sed tanti vendam , si places emere,' Augustinus ea. Distinctio, Quoniam. [Decretum Di 88, c. 12 ; Fr. I, 309-310].

¶ Lamentatio super ruinam Babylonis et Antichristi.

¶ (Ap 17,18) Mulier quam vidisti est Civitas Magna quae habet regnum super Reges terrae, Apocalyps. XVII. (Ap 18,16-17). Vae, vae , Civitas illa magna quae amicta erat bysso et purpura et cocco et deaurata auro et lapide pretioso et margaritis, quoniam una hora destitutae sunt tantae divitiae, Apocalyps- XVIII.

(Is 23,1) Ululate naves maris quia devastata est fortitudo vestra , quia vastata est domus unde venire consueverant. (Is 23,8) Quis cogitavit hoc super te quondam coronatam cuius negociatores principes et institores inclyti [terrae] ? Certe (Is 23,9) Dominus exercituum cogitavit hoc. Isa. XXXIII. (Is 51,13) Ubi nunc est furor tribulantis , id est Antichristi ? (Is 51,14) Nec deficiet panis eius, id est non morietur fame nec gladio sed Domini IESU CHRISTI verbo, Isaiae LI et Lyra, ibidem. (Ez 16, 40 et 41)<sup>69</sup> Et lapidabunt te meretricem et trucidabunt te gladiis suis et comburent domos tuas igni et desines fornicari et mercedes ultra non dabis.

(Ap 18, 11-13) Negociatores terrae flebunt et lugebunt super illam quoniam merces eorum nemo emet amplius : merces auri et argenti et lapides preciosi et margaritae et byssi et purpurae et serici et cocci et omne lignum thinum [Vulg thyinum] et omnia vasa eboris et de lapide precioso et aeramento et ferro et marmore et cinnamomum et amomum [Vulg cinnamomum Vulg Cod cinnamomum et amomum] et odoramentorum et unguenti et thuris et vini et olei et similiae, etcetera, Apoc. XVIII.

(Zac. 14, 21b-21a cum Postilla Nicolai de Lyra ad Zac 14, 21)<sup>70</sup> Et non erit mercator ultra in domo Domini exercituum in die illa [Vulg illo], quia post mortem Antichristi vitium symoniae totaliter cessabit in Ecclesia et cultus divinus valde augmentabitur, et venient omnes imolantes , scilicet sacrificium novae legis seipsos hostiam puram et immaculatam, et coquent eis, id est hoc sacrificium offerent cum ardore charitatis, Zachariae ultimo et Lyra ibidem.

¶ Casus Babylonis [icona].

(Ap 18,2) Cecidit , cecidit Babylon illa magna.

<sup>56</sup> Expositio, 663: incompactos.

<sup>57</sup> Expositio, 657-659.

<sup>58</sup> Expositio, 658: Michael quis est princeps ecclesiae et custos

<sup>59</sup> Expositio, 658: adiutoria ministrando, bona desideria inspirando.

<sup>60</sup> Nota in marg. dex.: Pedes ursi, praedicatores Antichristi.

<sup>61</sup> Expositio, 666.

<sup>62</sup> Expositio, 666: Et pedes eius, id est Bestiae, sicut pedes ursi'.

<sup>63</sup> Tabule, 63: Tabula IX, Undecimus 'pedes Antichristi sunt Predicatores...et dulcia scilicet temporalia amant'.

<sup>64</sup> Expositio, 666: conculcans pedibus et devorat.

<sup>65</sup> Expositio, 666: et illi erunt ...conculcabunt eos qui nolunt acquiescere.

<sup>66</sup> Decretum Gratiani Di. 88 c. 11 [il frammento sopra riportato dell'Omelia 28 dello Pseudocrisostomo Opus imperfectum in in Matthaem 21 corrisponde quasi tutto al canone 11 dela Distinzione 88, dall'inizio a tutto il & 2].

<sup>67</sup> Nota in marg. sin.: Negociatur quis dicatur; la frase legata a 'quicumque rem comparat' si trova anche nel *De usuris*, I, 187.

<sup>68</sup> Pseudo-Chrisostomus, *Opus imperfectum in Matthaem*, Hom. 28 in Mt. 21, PG 56, 839-840 [il testo sopra riportato è rispetto a quello della PG con varianti che non mutano il senso fondamentale: sono omesse dieci righe verso la fine relative alla domanda *Quis est negotiator?...intellige omnes ngotiatores esse* in quanto trasformatori di cose; l'Autore ha tenuto presente la forma linguistica utiizzata nel *Decretum*].

<sup>69</sup> Nicolaus de Rosa Nigra, *De quadruplici missione*, 107.

<sup>70</sup> Petrus de Tarantasio, *Expositio in Apocalypsim*, 734, ad Ap 18,12 nemo emet amplius: citatur Zac 19,21 'Non erit mercator ultra in domo Domini exercituum'.

¶ (Ap 18,2) 'Babylon, id<sup>71</sup> est tota congregatio malorum confusorum<sup>72</sup>, et facta est habitatio daemoniorum et custodia omnis spiritus immundi, per luxuriam, et custodia omnis volucris immundae et odibilis, per elationem, (Ap 18,3) quia de vino irae fornicationis eius, id est de amore illicito qui est spiritualis fornicatio, biberunt omnes gentes id est omnes carnales qui sunt geniti tales id est vivunt in immundicia in qua geniti sunt, et reges terrae id est omnes qui terrenis superbiunt, fornicati sunt cum illa, Babylone, plus amando terrena quam coelestia, et mercatores terrae, id est omnes avari qui animam suam venalem faciunt, de virtute deliciarum eius, id est honorum huius saeculi, divites facti sunt. (Ap 18,4) Exite de illa populus meus et ne participes sitis deliciarum eius et de plaga è Vulg plagis] eius ne accipiatis, quasi diceret: si non fuistis similes in culpa, non eritis similes in poena. (Ap 18,5) Quoniam pervenerunt peccata eius [Vulg usque] ad coelum, et recordatus est Dominus iniquitatum eius, scilicet ad puniendum. (Ap 18,6) Reddite illi id est congregationi malorum, sicut illa [Vulg et ipsa] reddidit vobis, scilicet vos affligendo et opprimendo, et duplicate illi duplicia secundum opera eius, id est punite in anima et corpore et in quolibet dupliciter: in corpore, calore et frigore, in anima, verme conscientie et carentia visionis divinae. (Ap 18,7) Quantum glorificavit se in delitiis suis, tantum date illi tormentum in corpore contra delitias, et luctum, in anima contra gaudia mundana'. Apoc. XVIII.

¶ (Ap 18,17) 'Omnis gubernator, id est<sup>73</sup> Episcopus qui regit navem Ecclesiae, et sunt Praelati maiores, Acto. XX (Act 20,28): Attendite vobis et universo gregi in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. (Ap 18,17) Et omnes qui in lacum navigant [Vulg omnis qui in lacum navigat Vulg Cod omnes qui in lacum navigant], lacus mundus est, navigant autem per lacum qui ad maiora aspirant, et per hoc intelliguntur mediocres ut Archidiaconi et Decani, et nautae, per hoc intelliguntur minores ut plebani et rurales, et qui in mari operantur, id est Doctores et Praedicatores, longe steterunt, id est stabant a suis Praelationibus degradati et ad infernum detrusi, (Ap 18,18) et clamaverunt, scilicet prae timore, dolore et horrore, videntes locum incendii eius, id est infernum succensum igne et sulphure, vel seipos proiectos in ignem inferni, dicentes, prae stupore: (Ap 18, 19) Quae similis civitati huic magnae?, quae prius fuit in gloria, modo est in poena et miseria, Haymo, Apoca. XVIII. Nulla civitas illi magnae honore aequari potuit. (Ap 18, 19) Et miserunt pulverem super capita sua, id est in mente habuerunt terrena per amorem, non spiritualia, vel pulverem desperationis quae maxime facit vile et abiectum, quia locus non erit tunc poenitendi, et clamaverunt fientes, oculis prae nimio dolore, et lugentes corde, vel significat verba miserabilia, dicentes: Vae, vae, pro poena corporis et animae, civitas illa magna, multitudine peccatorum et populorum, in qua divites facti sunt, scilicet quondam, omnes qui habebant naves in mari, et sunt rectores animarum qui modo ditantur de praeciis eius, id est de substantiis subditorum<sup>74</sup>, unde dicunt illud Zach. XI (Zac 11,5) 'Benedictus Dominus, divites facti sumus', sed certe praedicti omnes miseri sunt<sup>75</sup>, quoniam una hora, id est cito, vel subito, desolata est, scilicet omni gaudio et spe destituta'.

¶ (Ap 17,1) 'Veni, et ostendam tibi damnationem meretricis, id<sup>76</sup> est civitatis reproborum qui se sicut meretrix prostituunt omnibus inmunditiis fornicationum<sup>77</sup>, magnae, propter reproborum multitudinem, quae sedet super aquas multas, id est regnat super populos multos, (Ap 17,2) cum qua fornicati sunt, scilicet Deum deserendo, Reges terare, id est maiores Principes saeculi, et inebriati sunt qui habitant in terra [Vulg habitant terram], id est minores, qui plus diligunt terrena quam caelestia, de vino prostitutionis eius id est de delectatione manifestae fornicationis spiritualis et corporalis', Apo. XVII.

¶ (Ap 21,8) 'Timidis autem, qui<sup>78</sup> timore humano vel mundano peccant, execratis id est excommunicatis et sine pudore peccantibus, quasi extra communione positus quam facit charitas, homicidis et fornicatoribus corporalibus et spiritualibus, veneficis id est qui venenum detractionis effundunt, idolatris et omnibus mendacibus, pars illorum omnium erit in stagno ardenti igne et sulphure, id est profunda inferni damnatione, ubi ignis est ardens et sulphur foetens, quod est mors secunda in corpore et anima; prima enim mors est in anima per peccatum, secunda in corpore et anima per aeternum supplicium', Apoc. XXI in textu et Glo.

¶ Immo sine venia puniri debet, sicut Diabolus, qui maximus comparatione aliorum creatus est, loquens de Praesule Romano IX quaest. IIII Aliorum. [Ca. 9, q. 3, c. 14; Fr. I, 610], II q. IIII Presul. [Ca. 2, q. 4, c. 2; Fr. I, 466].

'Corvo aequiparatur malus Presbyter in nigredine vitiorum, in raucedine vocis, in voracitate oblationis mortuorum, in foetore spiritus et in furto, 2 quaestio 7 Non omnes, [Ca. 2, q. 7 c. 29; Friedberg I, 492] in Glo<sup>79</sup>.

Et sequitur in eo cap. per Hierony.: 'Infatuatum est sal, id est stulti Praelati, insipidi in praedicando, fatui in delinquendo'; ideo sequitur: 'Ad nihilum prodest nisi ut projiciantur foras et conculcentur a porcis et daemonibus qui dominantur malis Praelatis quasi pecori suo', conor. XXIII q. I, parag. His auctoribus. [Ca. 24, q. 1 c. 37, post c. 37, Gratianus, in fine; Fredberg I, 981]<sup>80</sup>.

Principes eius in muneribus iudicabunt et Sacerdotes eius in mercede docebant et Prophetiae eius in pecunia divinabunt, etcetera, Micheae, 3 (Mic 3, 11).

71 Expositio 730-32.

72 Expositio: congregatio reproborum confusione digna.

73 Expositio, 737-738.

74 Expositio, id est de divitiis.

75 Expositio 738: Sed certe pauperes et miseri sunt.

76 Expositio, 718-719.

77 Expositio, 718-719: per meretricem intelligitur civitas reproborum, quia sicut mulier meretricatur...daemonibus se prostituit serviendo multis inmunditiis.

78 Expositio, 767-768.

79 Puncta, 59, Dicta in: Karlsruhe LB 346 f.132v

80 Puncta, 59, De imaginibus, 228.

P.S. Ricordiamo che il testo del *Processus consistorialis* è stato stampato nell'avviato inizio del Cinquecento [1524/1525, forse a Stresburgo] e tramandato a noi da Otto Brunfels assieme all'opuscolo apocalittico del *De victoria Christi et Antichristi casu* [La vittoria di Cristo e la caduta dell'Anticristo], sempre con significative illustrazioni [non ci sono rimaste tracce delle due opere nei Codici del medio Evo].

Nota. [Romolo Cegna, 1998]

Esistono due opere che ci sono giunte per edizione effettuate da Otto Brunfels su manoscritti presentatigli dall'umanista "protestante" Ulrico von Hutten negli anni venti del Cinquecento:

*Processus consistorialis Martyrii Io. Huss, cum correspondentia Legis Gratiae ad ius papisticum in simoniacos et fornicatores papistas* [titolo inventato da Ulrico: Il Processo secondo il diritto canonico del martire Giovanni Hus, con il confronto della Legge della Grazia con il Diritto Papale, contro simoniaci e fornicatori papali]:

*Et de Victoria Christi deque Antichristi degradatione ac depositione* [La Vittoria di Cristo e la degradazione e deposizione dell'Anticristo, ossia la sua caduta].

Le due opere sono cariche di testi che riscontriamo in Nicola, ispirate ai suoi temi, tanto che le due opere nella tradizione anche recente [come in F. M. Bartoš e Ho. Kaminsky] gli sono attribuite con forza di probabilità. Occorre su di essi un discorso nuovo. Certamente si tratta di due opere impostate chiaramente come due forti *Ludus* liturgici il cui svolgimento è facilmente riscontrabile ed evidenziabile. Sulla forma ad uso di teatro la pergamena da cui sono state copiati i testi ha "in primo frontespicio (una lunga ampia pergamena a una facciata) MARTYRIUM ET CONDEMNATIONEM EIUS (JOHANNIS HUSS) IN CONCILIO CONSTANTIENSI, IN SECUNDA FACIE COMPARATIONEM CHRISTI ET ANTICHRISTI". PER VARI MOTIVI RITENGO CHE LE DUE OPERE SIANO DI UN DISCEPOLO DI HUS, NON DEL MAESTRO STESSO, MA SONO FEDELESSIME AI SUOI PROGRAMMI.

